



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad
proxim accommodatas

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

Quæstio 15. Bona Ecclesiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40873

stiam sumere , eliciendo prius actum contritionis , & si non existimat se contritionem perfectam habere , confiteatur , & à Confessario absoluatur , ex doctrina probabili quam docet Reginaldus in Praxi tom. I. l. 8. c. 7. n. 87. & alii quos citat Sancius in Selectis disp. 22. n. 124 quidquid alii cum ipso Sancio contradicant. Ita loquitur Diana , qui hanc sententiam in praxi probabilem iudicat.

QUÆSTIO XV. Bona Ecclesiæ.

Quid consulendum Catholico qui bona Ecclesiastica ab hæreticis coemit?

R Espondeo cum Lessio in posthum. cas. 6. n. 14. Ubi nulla intervenit dispositio Ecclesiæ permittentis bona illa ab emptoribus legitimè possideri , optimum in hoc negotio consilium est , ut legitimè procedatur , convenire cum Pontifice , aut Generali Ordinis cui illa bona jure debentur , præstâ satisfactione quæ rationi consona judicabitur.

Sed Quæstio ulterior est , quomodo se gerere debeant hæredes , ad quos de facto bona Ecclesiastica ab hæreticis empta à majoribus devoluta fuerunt ?

Respondeo , Si veris Dominis satisfactum non fuerit , illicitè ea possideri , nisi ad sit dicta dispositio Ecclesiæ , aut animus ea bona cum fructibus restituendi suo tempore Ecclesiæ , aut personis quibus ea iniuste erupta fuerunt. Quare ut legitimè retineantur cum illic transigendum erit. Ut autem huic difficultati provideatur , solet Pontifex , cum hujusmodi hæredibus dispensandi , in partibus hæreticorum facultatem impertiri Episcopis , & qui-

A a 4. busdam

560 Part 3 tract 6. Resolutiones practicae ad &c.
busdam aliis, juxta normam supra assignatam
pro Episcopis Hiberniae &c. part. 3. tract. 2. cap. 5.
in Facultate 13.

QUÆSTIO XVI. Cibi ab Ecclesia prohibiti.

s. 1.

AN Catholicus hæretico sibi amico, aut viro honorato ad se divertenti possit amicitia aut humanitatis causâ in die jejunii cibos prohibitos apponere?

Respondeo, Si facile sine incommmodo pos-
teneri ad illam jejunii violationem non coöper-
rari. Si verò nequeat illos cibos prætermittere
sine magno detimento, quia nimurum occa-
sionem præbebit contra se gravi obmurmura-
tioni, & gravibus querelis, tanquam contra
hominem rusticum aut inurbanum; non vide-
tur cum tanto incommmodo ab ejusmodi ferculis
apponendis obligari consideratā personæ qua-
litate: & ita resoluti Lugo de Fide disp. 14. sect.
5. n. 167.

s. 2.

QUærit ibidem Lugo, An Catholicus, qui
ob infirmam valetudinem vescitur carnibus
in die jejunii, teneatur abesse à communi men-
sa, si adsit periculum ne famuli hæretici, aut
alii domestici reliquiis carnium cum jejunii vio-
latione utantur?

Respondeatur autem negativè, si hoc sit illi
valde incommodum, aut videat cum famæ
fux